

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

XX.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

XX. Rudolphus dictus senior marchio Veronensis,
 Dominus de Baden, moritur an. 1288. die S. Elisabetha
 19. Nov. Uxorem habuit Kunigundam filiam Ottonis,
 comitis ab Eberstein, heredem ex parte mortuam Kal. 10.
 Maj. De hoc Rudolpho dici existimo, quae ab Historicis
 quibusdam narrantur, quod nimirum cum Bobone Bur-
 cardo de Heigerloch, et Rudolpho Apsperburgensi, à quibus
 Eppingen et Oberkirch: quae duo oppida ea tempestate Mar-
 chioni Rudolpho subiecta erant: incendebantur, fortiter
 pugnans, egregiam victoriam reportaverit. Ipsius Epi-
 taphium et sepulchrum Bada, ac in vicino monasterio Lich-
 tental diligenter quaevisi, ac reperi in capello veteri jam
 dicti monasterij ante superius altare, sequentem scripturam
 lapidi incisam referens: an. Dom. 1280. Rudolphus senior
 Marchio de Baden in die S. Elisabetha. Ex eo nati sunt
 Hermannus VII. propagator familia, de quo infra num. XXI.
 Adelheida abbatisa in Lichtental 1263. ob. 1296. 17. Kal. Sept.
 Rudolphus major seu senior respectu fratris, qui etiam
 usus est titulo Marchionis Bad. et Veronens. mortuus, ut
 apparet ex MS. 1295. 13. febr. die S. Valent. Uxorem habuit
 Adelheidam, sororem Ottonis, comitis ab Oxenstein,
 mortuus an. 1322. 2. febr. viduam comitis de Strasberg.
 Rudolphus minor seu junior, mortuus an. 1322.
 2. febr. Uxor ejus fuit Juditha, comitissa de Strasberg.
 Ermengarda, Uxor Eberhardi comitis de Württen-
 berg vivit an. 1301.
 Heppo filius Rudolphi I. tertio genitus, marchio
 Bad. in Durlach. obiit circa an. 1318. Uxorem ha-
 buit Ermengardam, filiam Ulrici comitis Württen-
 bergici, ex qua nati
 Hermannus Clericus et Rector Ecclesiae in Gröningen
 et Rudolphus IV. dictus Heppo, marchio Bad. in Durlach,
 Mahlberg, et Besingheim, moritur anno 1325. in

octava S. Laurentij. Uxor ejus fuit Johanna
comitissa Montisbellicardensis, quae post mortem ma-
riti nupsit secundo Comiti a Catten Mar-
chionem hunc opera Ruysserti palatini Liebenzellam
ab Erckingero, sive p[er] sua quosdam signa unum
occupatam recuperasse scribunt, Tyrannem de Surre-
aris celsissima precipitate an. 1296. Alij historiam
hanc parenti Hispanis tribuunt, quod tamen fides
chronologia non concedit.

XXI. Hermannus VII. Marchio Veronensis, Dñus
de Baden, regnat Badena, dictus marchio junior,
Ebersteinij Dominus, ex matre cognomento Weckerus,
primogenitus Rudolphi 1290. Uxorem habuit Agne-
tem sororem Conradi et Henrici comitum Vaihinger
/ Liffor p. 158. ponit Geustam Anhaltinam: / de
Hermanno hoc narrari puto, quae leguntur in libro
quodam M. J. Collegij Südfingensis, Verba formalia
haec sunt: An. 1286. Marchio Hermannus de Baden,
et filij ejus, habentes plusquam 6000. armatorum
equitum et peditum cum Burcardo comite palatino
pugnarunt, prope Castrum Altenstaig ante asumpcio-
nis, ubi multi capti et interfecti sunt per N. de
Bulo et Dominus castri in vigilia S. Hiliani traditus
Castrum Altensteug. Hermannus hic tres ge-
nuit filios, Rudolphum propagatorem familiae.
Fridericum, Hermannum VIII. qui vixit an. 1296.
obit an. C. 1300.

Fridericus II. omisso titulo marchionis Veronensis
Marchio de Bada, et quia veterem arcem Eberstein
incolebat, Sive Garsu sive Garsu dicitur, suc-
cedit patri primogenitus, mortuus an. 1297. 10. Kal.